1770

rere, respondere, Vadium, vel Vadia praefata Luere, Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori, minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad munimenta, ad Quietationem, vel aliis quibusvis Dillationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea Ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos, Dillationem sibi non recipiendo, nullasque Motionem, Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Poenis simplicibus vel triplicatis Quassationibus suspensionibus fatalibus Juris, praescriptione Terrestri, bello, Conventioneque, ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo, Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Vruscy Sozanskim Coniugibus Donant cum Consensu Parentis.

1401 Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobiles Joannes et Jacko Vruscij fratres inter se germani, olim Nobilis Zachariae

Vrushi Filii, sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quoad Actum hunc attinet, se, cum Successoribus, ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo, palam libere, publice, ac per expressum recognouerunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognouit. Quia ipsi suo, et Nobilis Stephani Vrushi Fratris sui Vterini, pro cuius rati habitione cauent, ac se praesentibus inscribunt nomine. Bona sua propria et haereditaria infrascripta in sorte Kalitczakowska Quartam partem pola ornego zosiadlosciq in Bonis Villa Sielec Terra et Districtu praesenti Praemysliensi iacen. et consisten. Cum omni praemissorum Iure Dominio, proprietate, haereditate, tituloque haereditario, cumque omnibus et singulis Bonorum eorundem utilitatibus, fructibus prouentibus, reditibus, commodis, emolumentis et obuentionibus quibusuis, item agris, pratis campis, pascuis pascuarijs hortis pomarijs, attinentijsque et pertinentijs generaliter Vniuersis. nihil ex praemissis Iuris, Dominij, proprietatis, haereditatis, aut cuiusuis competentiae et praerogatiuae pro se Recognoscentibus suisque Successoribus, aut quopiam alio reseruando seu excipiendo, sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis, generi per speciem, et e contra in nullo derogando, verum talate longe circumferentialiterque prout praefatarum Bonor. haereditas se in suis metis et limitibus ab antiquo

extendit et protenditur, et prout eadem Bona ipsimet Recognoscentes tenuerunt, habuerunt et possidebant, ipsosq Concernebant, ac eisdem Legitime serviebant, Iam ex nunc et de facto Nobilibus Stephano Sozanski et Catharina Kulczycka Coniugibus Legitimis eorumq Posteris dederunt, donaverunt, inscripserunt, et resignaverunt, prout dant, donant, ac titulo puro mero, perpetuo, ac irrevocabilis Donationis inscribunt et resignant perpetuo, et inaevum irrevocabiliterq. In qua quidem Bona suprascripta praemissaque omnia praesentibus per se Recognoscentes donata et resignata videri Recognoscentes Nobiles Ioannes et Iacobus Vrusca fratres inter se germani praenominatis Nobilibus Sozanski Coniugibus, eorumq Posteris iam ex nunc et de facto eo tam Officio praesenti dant et admittunt realem Intromissionem et actualem pacificamq Possessionem per Ministerialem quemcumque competentem et Nobiles duo die quacunque voluerint officiose acceptandam, per ipsos Nobiles Sozanskie Coniuges Donatarios suos eorumq Posteros, Ideo eadem Bona praesentibus donata, cum omni Iure, Dominio proprietate, competentiaque, et praerogativa qualis tenendi, habendi, et possidendi illisq quiete et pacifice Vtifruendi, ac ad suos suorumq Successorum quosvis beneplacitos vsusfructus libere et effectualiter convertendi, perpetuo et aeternis temporibus. Debentque et tenebuntur memorati Recognoscentes Nobiles Ioannes et Iacobus Vrusca, prout se, ac suos Successores in et super Bonis suis generaliter omnibus, Summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis suprascriptis Nobilibus Stephano Sozanski et Catharinae Kulczycka Coniugibus

legitimis Donatariis suis, inscribunt et obligant præsentibus, ipsos, et eorum Successores, in dictis Bonis præsentibus donatis, et ratione eorundem annuum, ab omni et quavis impetitione iuridica, quarum cunq Personarum cuiuscunque Conditionis, Status et Sexus eiusmodi existentium, ex occasione suprascriptorum modo quovis proexorienda, per omnes præscriptiones Terrestres, prout ad quamlibet Personam Terrestris spectat et pertinet præscriptio, in omni Iudicio et Officio Regni semper totiesquoties opus fuerit tueri, defendere, evincere intercedere, et eliberare, indemnesq cum Posteris reddere, necnon Bona præfata præsentibus resignata, ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus, super eisdem Bonis præsentibus per se Recognoscentem donatis, cuicunque personarum modo quovis factis et faciendis, tum etiam a quibusvis Citationibus super eadem Bona Stag omnia præsentibus resignata importatis et importandis, Lucris denig et per Lucris, Processibusq Iuris quibusvis in quocunque puncto et gradu Iuris dependentibus et in quovis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis ac super præmissis omnibus præsentibus resignatis modo quovis perductis et perducendis emundare, et eliberare, mundaque et libera semper facere, ac etiam Intromissionem præfatam coram Officio præsenti admissam in fundo Bonorum præfatorum præsentibus resignatorum, dum per Ministerialem et Nobilibus duos Officiose requiretur non denegare, imo debebunt et tenebuntur eandem libere, dare, et effectualiter admittere, dataque et admissa eadem Possessionem et

1774

usum fructum praemissorum omnium et singulorum quovis modo tam per se, quam per suas quasvis submissas et subordinatas Personas non praepedire nec adimere ipsosq Donatarios suos et ipsorum Successores in dictis Bonis praesentibus resignatis, tam in toto, quam in quavis minima parte non iniuriari, ita ut eadem Bona praemissaque omnia cum universis eorundem utilitatibus et usufructibus, iidem Donatarii sui, cum suis Posteris, quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Donationis Vigore tenere, habere, et possidere queant, illisque uti frui possint perpetuo, et in aevum, irrevocabiliterque. Idque sub damnis Terrestribus simpliciter absque capitali Iuramento taxandis et edicendis per eosdem Recognoscentes vel eorum Posteros, suprascriptis Donatariis suis aut illorum Successoribus ob non completionem praemissorum omnium et singulorum, tam in toto, quam in parte, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendis; Nihilominus iidem suprascripti Recognoscentes Nobiles Ioannes et Iacobus Vruscy Fratres inter se germani, debebunt et tenebuntur, prout se ac suos Successores, in et super Bonis suis generaliter omnibus Summisq pecuniariis quibusvis habitis et habendis supraescriptis Nobilibus Pozarskim Coniugibus legitimis eorumq Posteris inscribunt et obligant praesentibus memoratum Nobilem Stephanum Vruski Fratrem sui Recognoscentium Uterinum, vel in eventum mortis Successores illius, ad approbandam per ipsum Inscriptionem praesentem Donatariam, vel similem suo pro interesse faciendam ad Acta quaevis authentica Regni vim perpetuitatis in se habentia intra decursum duodecem Septimanarum adducere et personaliter

statuere, ab eoque vel eius Successoribus, ut praemissa debite exequantur efficere, idque sub aliis similibus et seorsiviis Damnis Terrestribus simpliciter absque corporali Juramento taxandis et edicendis, per eosdem Recognoscentes, sive eorum Posteros, praenominatis Nobilibus Pozanskim Coniugibus, aut eorum Successoribus, ob non statuitionem praedicti Fratris sui Recognoscentium statuendi, vel in eventu mortis, Successorum illius ad exequenda praemissa pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendis. Pro quibus quidem Damnis Terrestribus simpliciter taxatis modo praemisso ad solvendis succubitis, ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda, citati existentes memorati Recognoscentes Nobiles Joanne et Jacobus Pruscy Fratres inter se germani, sive eorum Posteri, ad instantiam suprascriptorum Nobilium Stephani Pozanski et Catharinae Kuleczycha Coniugum Legitimorum Donatariorum suorum vel illorum Successorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense ex hunc recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Juri parere, respondere, Damna praefata Terrestria, simpliciter taxata Luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, a omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribunt et obligant praesenti illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes, Causa eiusdem Terminos semper peremptorios Vera infirmitate pro maiori, minorennitate, Successorum, Legatione intra.

1776

vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Exercitorem, vel aliis quibusvis Dillationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea Ultramentis Officii praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos Dillationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Dominis simplicibus vel triplicatis Evasionibus, Suspensionibus, Fatalis Juris praescriptione Terrestri, bello, Conventione que ac aliis omnibus Juris remediis et defensiis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Ita ea sua praesenti personali Recognitione ad ipsa omnia mediante.

Et in continenti coram eodem Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus comparens personaliter Nobilis Justina Sielecka, olim Nobilis Zachariae Vinski Consortis derelicta Vidua mater, et ger quidem Corpore, ob defectum oculorum mente tamen sana existens, a Terris, Districtibus, Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus Bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo, palam libere, publice ac per expressum recognovit. Quia ipsa super Inscriptionem praesentem Donatariam per suprascriptos Nobiles suos in Persona Nobilium Sozanskich Coniugum legitimorum praesens in Bona memorata facti de Juribus suis scilicet Reformatorio et Advitali aut alio quovis super Bonis praedictis sese extendere consentit.

eandemq Inscriptionem Donatariam approbat, confirmat, et ratificat: Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Sozanski Consorti Reformat & statuet eandem.

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus, Nobilis Stephanus Sozanski Nobilis Pauli Sozanski Filius, sanus mente et corpore existens, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo, praesenti verò Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quoad Actum huiusque attinet, se, cum Successoribus, ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam libere, publice, ac per expressum recognouit. Quia ipse Nobili Catharinae Kulczycka, Nobilis Iwan Kulczycki Wolczak, cum olim Nobili Nastasia Kulczycka Conthoralis legitima procreatae Filiae, sui verò Recognoscentis Consorti Legitimae, eiusque Posteris, Summam Centum Quinquaginta Florenorum Polonicalium ratione verae dotis et expeditionis post ipsam acceptae, et in domum suam importatae: nec non aliam similem Summam Centum Quinquaginta Florenorum Polonicalium ratione certi, veri iusti et liquidi dotalitii, in et super tota et integra medietate Bonorum suorum generaliter omnium haereditariorum et obligatoriorum, mobilium et immobilium, Summarumque quarumuis pecuniarum: nec non auri, argenti, clenodiorum, Vnionum margaretarum